



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De iure successionis hereditarie. ca. xxxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Fin sortes data est tribubus et quilibet tribus sorte equales partes dedit familijs. familie vero iuxta numerum capituli domibus diuiserunt sine sorte maiores et minores portiones. Flumen rari sunt quos leuite a mesevno et super xxiiij. Reduc ad memorias multa generis masculi quod supra distinctum est lini. inter tribum familiam. et domum. et intelliges

quod dicitur quod alio non est intelligendum.
De iure successionis hereditarie.
Capitulum XXXVII.

Unus autem sal

phat quod non reliquerat filium non est numerata. Audientes autem quicquid filie ipsius quod numerat dare terra: steterunt ad ostium tabernaculi coram moysen et eleazaro et tota multitudine: et dixerunt. Pater noster mortuus est in deserto: nec pro peccato suo: nec habuit mares filios. cur tollit nomen eius de familia. Date nobis possessionem inter cognatos nostros. Quarum causam retulit moyses ad dominum: qui ait. Iustam rem postulat filie salphaat. Ad filios autem israel loquens. Homo si mortuus fuerit absque filio: ad filiam transibit hereditas: quod versus hodie consuetudo obtinet. Quod si nec filiam habuerit: transibit ad fratres eius. Quod si nec fratres habuerit: transibit ad patruos. Quod si nec hos habuerit: transibit ad eos qui propinqui sunt

De substitutione ioseph.
Capitulum XXXVIII.

Tris quoque dominus

ad moysen. Ascende in montem abarim et contemplantur terram quam daturus sum filiis israel: et post ibis ad populum tuum. Non enim intrabis eam. Cui moyses. Prouideat dominus de spiritu ois carnis hominum: quod si sit super multitudinem hanc: ne sit populus domini sicut oves sine pastore. Cui dominus. Tolle ioseph et statue eum coram eleazaro et ois multitudine et impone manum tuam super caput eius: ut audiat eius sicut audiuisti te ois synagoga filiorum israel. Factis quoque moyses ut dominus imperauerat. cognovitque uniuersa multitudo quod ioseph pro morte moysi antecesserit eos. Utrum autem tunc vel post ascendit moyses ut videret terram certum non est. sed certum est quod ascendit: et prope terram videre potuit. Quod si tota vidit: miraculose factum est.

De libaminibus Lapi XXXIX.

Recepitque dominus

pro moysi de iugis sacrificio. et de sacrificijs legalium solennitatum. Sed quod non offerebat hostiam sine libamētis suis: de his breuiter permittendum est. Libamen vel libamentum erat similia oleo glutinata et vinum quod cum hostia adolebant. ut legimus quasi panis. et vinum et caro domino offerent. Cuius vero hostie pro priu libamen determinatum erat. Pro agno si mille decima pars ephi. vini quarta pars bin vel ephi offerebat. Erant autem ephi et chorus mensure aridorum. bin et batus liquidorum. Pro vitulo de similia tres decime. de vino media pars bin. Et forte tres decime erant integre Lchorum enim. xxx. stinet de tribus ephi. vel de modios. ephi tres aridorum. bin et batus liquidorum pus tollebat tur decima. Iterum nouem partes decimabant: et tertio decimabant reliquum. et sic erant tres decime vni ephi. Pro ariete de similia due decime de vino tertio pars bin. Eadem erant libamenta hirci. Si qui legas. pro agno de similia dari decima decime: intelligendum est de consueta decima decimandi quasi decima decimatōis. vel decima decimantem. Vel ipsa decima ephi iterum decimabant. et hec decime decima dabat pro agno quasi quidam. Vel ponitur idem est decima decime: quod decima ephi. Est enim ephi decima pars chori.

De iugis sacrificio.
Capitulum XL.

Rius autem de iugis

sacrificio videamus. Iugis sacrificium vel indeficiens quod dicitur fiebat de sumptu publico. Hanc offerebat agnus anniculus in holocaustum cum libamētis suis ut tota die cremaret in odore suauis domino. Quo imposito super altare sacerdos cum prunis et tymiamate et lor intrabat tabernaculum: ponebatque prunas cum tymiamate super altare incensum. et hoc vocabatur summatio sacrificij. Tunc etiam quatuor de septem lucernis mortificabat. In vespe ponebat sicut alii agnus in eundem modum. Et intrans cum tymiamate sacerdos: accedebat ois lucernas. et sic tota nocte in altari erat odor suavis domino. Vespertinum tamen sacrificium melius erat et pinguius matutino. quod sepe in die propter illud plura imponebant. Et inde dicebat illud gratius domino: quod pinguius dicimus nos gratius.